

ne districtæ ultioni subiaceat; Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Hadriani PP. signum

S. PETRVS & S. PAVLVS ADRIANVS PAPA IV. AD DOMINVM OCVLI MEI SEMPER.

Subscriptio- nes Cardina- lium.

Ego Joannes Diac. Card. tit. SS. Sergii & Bacchi. Ego Ubaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis. Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Sabinæ. Ego Julius Presb. Card. tit. S. Marcelli. Ego Ubaldus Presb. Card. tit. S. Lucia. Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Cæciliæ. Ego Bernardus Presb. Card. tit. S. Stephani in Coelio-monte.

Dat. die 14. Octobris ann. Dom. 1156. Pont. ana. III.

Ego Henricus Presb. Card. SS. Nerei & Achillei. Ego Joannes Presb. Card. SS. Silvestri & Martini. Dat. in Urbe veteri per manum Rolandi S.R.E. Presb. Card. & Cancell. Id. Octob. Ind. V. Incarn. Dom. anno MCLVI. Pontificatus verò Adriani Papæ IV. anno III.

XI.

Confirmatio Bonorum omnium, & jurium, ad Canonicos Ferrariensis Ecclesiæ pertinentium.

Hadriani PP. signum

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Canonicis Ferrariensis Ecclesiæ, tam presentibus quam futuris canonicè substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos admonet & invitat auctoritas, pro Ecclesiarum statu satagere, & earum quieti, & tranquillitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque, & honestati conveniens esse dignoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequitia tueamur, & B. Petri atque Sedis Apostolicæ patrocinio muniamus. Quo circa, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ferrariensem Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostræ protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quæcumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Villam videlicet, quæ dicitur Quartusiana, fundum con- Padum, locum Curcula, caput Redæ, villam, quæ dicitur Baniolum, fundum Dundorum, villam, quæ dicitur Quartatica, fundum ecorile, villam, quæ dicitur Fossa nova, cappellam S. Marci ibidem sitam, aquam piscariam, quæ dicitur Morticiacum, Ecclesiam sancti Michaelis cum suis pertinentiis in burgo Ferrariæ, cappellas sancti Petri & Salvatoris sitas in castro ejusdem Ferrariæ, cum omnibus

Ferrariensis Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicæ recipitur.

Bonaque omnia ad ejus Canonicos pertinentia, eisdem cum pertinentiis & juribus confirmantur.

suis pertinentiis, cappellam sanctæ Mariæ Magdalene & sancti Viti, quæ est in mercato Ferrariæ, cappellam sancti Leonardi, Corrighum stadii totum, medietatem Lendenariæ majoris, & minoris, Cocolariam lami piscatoriam Zamedellæ, mansum in capite lamas communis, medietatem fundi Gallinari, medietatem fundi Purpuranæ, portum capitis Redæ, terram quoque, quæ fuit de Ajacha, positam in valle, quæ dicitur Zuculæ: mansum unum in fundo, qui dicitur Duce: insuper medietatem omnium rerum, quæ pro animabus fidelium defunctorum Ecclesiæ S. Georgii in Episcopo Ferrariæ relinquuntur, tam mobilium quam immobilium: medietatem decimationis ejusdem Ecclesiæ sancti Georgii, totam decimam totius villæ, quæ dicitur Cocomarium, & cætera, quæ eidem Ecclesiæ iustè pertinent in terris, vineis, pratis, agris cultis & incultis, aquis, piscationibus: venerationes etiam, & molendina, servos, & ancillas, duodecim homines illius loci, qui vos navigio ferant, quodcumque usus vester fuerit, absque omni pretio. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur vestris & aliorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & Ferrariensis Episcopi canonicæ reverentiâ. Si qua igitur &c. cunctis autem &c.

Solita conclusio.

Hadriani PP.

& S. R. E. Cardinalium subscriptio- nes.

EGO ADRIANUS Catholicæ Ecclesiæ Episc. fs. Ego Gregorius Sabinen. Episcopus fs. Ego Ubaldus Presb. Card. S. Praxedis fs. Ego Julius Presb. Card. tit. S. Marcelli fs. Ego Ubaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hier. fs. Ego Bernardus Presb. Card. tit. S. Clementis fs. Ego Octavianus Presb. Card. tit. S. Cecilie fs. Ego Gerardus Presb. Card. tit. S. Stephani in monte Coelio fs. Ego Joannes Presb. Card. tit. SS. Joannis & Pauli fs. Ego Joannes Presb. Card. tit. SS. Silvest. & Martinis fs. Ego Ildebrandus Presb. Card. Basilicæ XII. Apostolorum fs. Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum fs. Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu fs. Ego Jacintus Diacon. Card. S. Mariæ in Cosmedin fs. Ego Joannes Card. SS. Sergii & Bacchi. Ego Bonadies Diac. Card. S. Angeli fs. Ego Arditio Diac. Card. S. Theodori fs. Ego Boso Diac. Card. SS. Cosmæ & Damiani fs. Ego Albertus Diac. Card. S. Adriani fs.

Dat. die 10. Januarii anno Dom. 1157. Pontif. ana. v.

Datum Romæ apud S. Petrum per manum Rolandi S.R.E. Presb. Cardinalis ac Cancellarii, IV. Id. Januarii, Indict. VI. Incarnatis Dominicæ ann. MCLVII. Pontificatus verò Domini Adriani Papæ IV. ann. IV.

XII.

Ecclesia S. Pancratii in Ranshoven. suis in bonis confirmatur, & Dioecesano Episcopo in spiritualibus subiecta declaratur.

Simile omnino Privilegium supra retulimus in Eugenio PP. Tertio.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Megenardo Præposito Ranshovensis Ecclesiæ beati Pancratii Martyris, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Ex mundi Metropol. Sa. liburg. Tom. III.

Exordium.

Religionam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito deterreat, aut robur, quod abst, sacre Religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, Henrici illustris Bavaricæ & Saxonie Ducis precibus inclinatis, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam B. Pancratii Martyris Ecclesiam, in qua divino vacatis officio, sub beati Petri Apostolorum Principis tutelam protectionemque suscipimus, & Apostolicæ Sedis privilegio communimus; In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum beati Augustini regulam in eodem Loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea, quæcumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, aut aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesia videlicet S. Michaelis cum decima & jureparochiali, cappellas in Vinkirchlin, Hanti-berge, Geroltisberge, & cappellam S. Stephani in Brunove cum pertinentiis earum; cappellam Hochberch cum pertinentiis suis in ea libertate, in qua frater noster Eberhardus Saltzburgerensis Archiepiscopus vobis scripto proprio rationabiliter confirmavit: ut videlicet nullus in eis præter ipsum Archiepiscopum, & Ecclesiæ vestre Præpositum aliquid debeat ordinare. Sanè novalium vestrarum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas præsumat exigere. Porro Sacramenta ecclesiastica a Dioecesano suscipietis Episcopo, siquidem catholicus fuerit, & gratiam atque Apostolicæ Sedis communionem habuerit, eaque gratis & absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, quemcumque malueritis catholicum adeatis Antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulat, indulgeat. Obeunte verò te, nunc ejusdem Loci Præposito, vel ad alterius Ecclesiæ regimen transeunte, sive tuorum quolibet successorum, nullus qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanctorum, secundum Dei timorem, & beati Augustini regulam providerint eligendum. Ad hæc, quoniam locus vester sic est institutus, ut Advocatus bonorum præfati

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicæ recipitur.

Canonice ordinem inibi servari mandatur.

Bonaque omnia eidem confirmantur.

Canonicos Episcopo Dioecesano in spiritualibus subiecta declaratur.

Præpositum vero per eos tantummodo eligendum.

Ducis in partibus illis ejusdem quoque Loci sit Advocatus, prohibemus, ut nec ipsi nec alicui subministro ejus liceat, eundem Locum injustis gravaminibus infestare; sed cum vice jam dicti Ducis, sicut ipse instituit & scripto suo firmavit, cum mancipiis & possessionibus suis idem Advocatus defendere & tueri debet; eo tenore, ut querimonias tam vestras quam mancipiorum vestrorum audiat, & congruam justitiam faciat; paratam verò nullam a vobis propter hoc exigat; sed tantum de horreo præfati Ducis secundum antiquam constitutionem tempore suo accipiat. Super hæc enim nullam potestatem disponendi in claustris, vel mancipiis, aut possessionibus vestris memoratus Dux eidem Advocato concedit; sed ut loco suo vos protegat, & æternam retributionem tantum inde requirat. Exactiones quoque super vos vel super mancipia vestra quoquam fieri, idem Dux penitus interdixit. Nos quoque hæc omnia vobis concedimus, & auctoritate apostolica confirmamus. Si autem ipse Advocatus contra hæc venire tentaverit, si secundo ac tertio admonitus, non emendaverit, consilio & auxilio præfati Ducis ipsa Advocacia ab inutili auferatur, & alius idoneus ejus loco substituitur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat; salvâ tamen justitiâ matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata & integra omnia conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & Dioecesani Episcopi canonicæ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat; Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen.

Advocato Ecclesiæ eam ullo officere gravamine non licere.

Essepulcrant fore liberam.

Solita conclusio.

Datum Romæ apud sanctum Petrum per manum Rolandi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii, IV. Kalendas Februarii, Indictione VI. Incarnationis Dominicæ anno MCLVII. Pontificatus verò Domini Adriani PP. IV. anno IV.

Dat. die 29. Januarii anno Dom. 1157. Pont. ana. IV.

XIII.

Confirmatio honorum omnium Monasterii sancti Vitalis Ordinis Cassinens. Ravennaten. Diocesis, quod sub protectione Sedis Apostolicæ suscipitur.

Ex Archiv. Adonab. hujusmodi Margarinus Bullar. Cassinens. Pag. II. nu. CLXXIX.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Alberico Abbati Monasterii sancti Vitalis Ravennatis, ejusque Fratribus tam presentibus quem futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosam vitam eligentibus sollicita nos, oportet, consideratione prospicere; ne alicujus necessitatis occasio aut eos desides faciat, aut, quod abist, robor sacre conversationis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam sanctæ Crucis & sancti Nazarii cum possessionibus suis, Ecclesiam sancti Laurentii in Pannonia, & sancti Joannis in Consule. Ecclesiam sanctæ Mariæ in Vineâ taliata: In Episcopatu Faventino Ecclesiam sancti Joannis in Ronco cum possessionibus suis, Ecclesiam sancti Laurentii in Auriclania cum possessionibus suis & cum eisdem villis: homines, & dominicata vestra, molendina, & quicquid habetis in Taurise, Hospitale sancti Jacobi de Carossa cum Ecclesia & possessione sua: quicquid habetis in Ecclesia sanctæ Mariæ in Tribbo, & in Ecclesia sanctæ Mariæ in Prata, tenimentum, quod habetis in Gunfo, Fossula, Vigazolo, Flexo, Badarzolo, & Biancana: quicquid habetis in Ecclesia sancti Petri, & sancti Salvatoris: homines, molendinum, & dominicata, quæ sunt posita in Albereto ex utraque parte fluminis: quicquid habetis in curte sancti Basilii, & Ecclesiam sancti Petri in Ponticello cum possessionibus suis: homines, & dominicata, quæ sunt posita in Ponticello & Abruliano cum suis fundis: quicquid habetis in Civitate Faventia, totum fundum Visiliani & Cerreti, curtem Aviliani cum omnibus pertinentiis suis, & quæ sunt posita in utraque parte fluminis: Ecclesiam sancti Petri in Casaliolo cum possessionibus suis, quæ est in Episcopatu Corneliensi: quicquid habetis in Comitatu Cumi: quicquid habetis in Comitatu Bagnacaballis, Ecclesiam sancti Gervasii & Protasii cum possessionibus suis: In Episcopatu Bononiensi Ecclesiam sancti Laurentii in Galeria cum possessionibus: in Episcopatu Ferrariensi Ecclesiam sancti Vitalis cum possessionibus suis, curtem sancti Laurentii in Scornio cum omnibus possessionibus suis; quæ omnia sunt posita in territorio Ferrar-

Monasterium sub B. Petri suaque protectione recipiens.

Eidem Pontificum, Regum, Principum oblationes.

Bonaque omnia, quorum enumerat nulla, & contra.

riensi, & Adrianæ: quicquid habetis in Civitate Argentea, terris, aquis, paludibus, & piscationibus ex utraque parte Padi: in Episcopatu Cervensi, quicquid habetis, tam in salinis quam in ædificiis, Ecclesiam sancti Theodori cum omnibus possessionibus suis, tam in terris quam in vineis, filvis, & paludibus, quæ omnia sunt posita in Episcopatu Cervien. & in Episcopatu Cesenæ, quicquid habetis in curte Sahiani, & in Episcopatu Cesenæ, in Episcopatu Ariminen. Ecclesiam sanctæ Mariæ in Gauriolo cum omnibus possessionibus suis, filvis, ripis, & montibus: quicquid habetis in eodem Episcopatu, in plebe sancti Archangeli, & in plebe sancti Viti, castrum Marignani cum Ecclesia sancti Joannis & cum omnibus pertinentiis suis: quicquid habetis in Episcopatu Fanensi: quicquid habetis in castro Ripale: quicquid habetis in Episcopatu Senogallien. tam in Civitate quam juxta Civitatem, & extra: Decernentes, quod nulli omnino hominum liceat prædictum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesanorum Episcoporum canonica justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hæc nostre confirmationis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, secundò tertiove communita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat: Conctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis consequantur. Amen. Amen. Amen.

Hæc omnia, integra Monasterium usui servari præcipit.

Excommunicationem ad versus eadem usurpantes promulgat.

Benedictionem verò benedictoribus largitur.

- EGO ADRIANUS Catholicæ Ecclesie Episcopus. Ego Cencius Portuensis, & sanctæ Rufinæ Episcopus. Ego Gregorius Sabinensis Episcopus. Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Sabinae. Ego Julius Presb. Card. tit. S. Marcelli. Ego Bernardus Presb. Card. tit. S. Clementis. Ego Octavianus Presb. Card. tit. S. Cæcilie. Ego Gerardus Presb. Card. tit. S. Stephani in Cœlio monte. Ego Henricus Presb. Card. tit. SS. Nerei & Achillei. Ego Ildebrandus Presb. Card. tit. Basilicæ duodecim Apostolorum. Ego Otto Diaconus Card. tit. S. Georgii ad Velum aureum. Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu. Ego Jacintus Diac. Card. tit. S. Mariæ in Cosmedin. Ego Bonadies Diac. Card. tit. S. Angeli. Ego Arditio Diac. Card. tit. S. Theodori. Ego Albertus Diac. Card. tit. S. Adriani. Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Card.

Card. & Cancell. Non. Aprilis, Ind. V. Incarn. Domini. anno MCLVII. Pontificatus verò Domini Adriani Papæ IV. anno IV.

Dat. die 5. Aprilis anno Domini 1157. Pont. ann. IV.

Datum Anagninæ per manum Rolandi S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii, III. Id. Sept. Ind. V. Incarn. Domini. MCLVII. Pontif. verò D. Adriani IV. anno IV.

Dat. die 11. Septembris anno Domini 1157. Pontif. ann. IV.

XIV.

Confirmatio honorum, donationum, & privilegiorum, a Summis Pontificibus Ravellensi Ecclesie concessorum.

Ex Autographo tabulario Ecclesie hujus editis Ugheh. Ital. Sac. Tom. I.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Joanni Ravellensi Episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus & devotionis sinceritas laudabiliter emittat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, venerabilis in Christo frater Joannes Episcopus, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ravellensem Ecclesiam, cui Deo auctore peccasse dignosceris, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant: omnem verò ambitum Ravellensis Ecclesie, sicut a Prædecessoribus tuis rationabiliter possessus est, tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnino profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hæc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove communita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat: Conctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ravellensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicæ recipiens.

Ejus bona omnia confirmat.

Solite conclusiones.

Hadriani PP.

& S. R. E. Card. sub. scriptiones.

- EGO ADRIANUS Catholicæ Ecclesie Episcopus. Ego Ubaldu Presbyter Cardinalis tituli sanctæ Praxedis. Ego Ubaldu Presb. Card. tit. sanctæ Crucis in Hierusalem. Ego Jacobus Presb. Card. SS. Jo. & Pauli tit. Pamachii. Ego Arditio S. Theodori Diac. Card. Ego Boto Diaconus Cardinalis sanctorum Cosmæ & Damiani.

XV.

Confirmatio Compositionis inite inter Arducium Episcopum, & Amedeum Comitem, Gebennenses.

Ex Archiv. Ecclesie hujus erit, & cum Originali collat. ext. Tom. IX. Bullar. it. edit. Luxemburgi.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Arducio, Gebennensi Episcopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Arducium, eique committam Ecclesiam sub B. Petri ipsius que protectione suscipit.

Quoties a fratribus nostris Episcopis talia postulantur, quæ & equitati conveniant & a rationis tramite non recedant, decet nos animo libenti concedere, & eorum vota, oportet, nos effectu operis prosequente complere. Eapropter, venerabilis in Christo frater Episcopus, justis postulationibus tuis grato concurrentes assensu, personam tuam, & commissam tibi Ecclesiam sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus. Compositionem verò, que inter te & dilectum filium nostrum nobilem virum Amedeum Gebennensem Comitem in præsentia venerabilium fratrum nostrorum S. Vienenensis, E. Lugduensis, & P. Tarentensis, Archiepiscoporum, I. Gratianopolitani, & Guilhelmi Belicensis Episcoporum, & quorundam religiosorum Abbatum, super quibusdam controversiis, quæ inter vos agebantur, utriusque partis assensu rationabiliter facta est, juxta tuam postulationem instantiam tibi, & per te Ecclesie tue, auctoritate apostolica confirmamus: Cujus videlicet compositionis tenor sicut in instrumento exinde facto continetur, in subsequentibus invenitur annexus. Prædictus siquidem frater noster Petrus Tarantensis Archiepiscopus, & dilecti filii nostri Almadricus Prætor Gebennensis Ecclesie, & Villelmus Alberici Decanus, Lambertus de Anafiacio Decanus, & Artoldus Decanus, Gualterius Canonicus & Cappellanus, Pontius de Filingio Canonicus, Magister Petrus de Tolno Canonicus, Aymo Vicedominus Gebennensis, Amedeus de Nangiaco, Petrus de Nangiaco, Aymericus de Nangiaco, Falco Turumbertus, Cono de Ruppe, a gravaminibus Sacerdotum & Diaconorum, tibi a Comite illatis incipientes, quoniam tu exinde querimoniam faceres, ita inter vos composuerunt: Ut si fundum vel terram Comitis Sacerdotes vel Diacones tenerent, eidem ex æquo servirent; si verò terram ejus dimittere vellent, investituram dimitterent, & secundum quod ab eo tenerant, usamentum facerent, & sic Episcopo & Ecclesie Gebennensi in pace per omnia remanerent. Quia etiam Comes adversus te querimoniam fecerat, quod eos, qui servili conditione sui erant, ordinaveras, super hoc ita est definitum: Ut qui antè Sacerdotes vel Diacones ordinati erant, in pace tibi dimitterentur, & deinceps servos Comitis vel suorum, nisi eorum assensu, nullatenus ordinares. De feudo quoque decimarum conquestus est Comes, sed quia prætebas definitionem per compositionem super ipsas

Compositionem inter Episcopum Comitemque Gebennensem confirmat.

De Sacerdotibus feudum terrarum Comitis tenentibus.

De Comitibus feudum servorum assensu, nullatenus ab Episcopo ordinandis.

De feudo decimarum.